HIERONYMUS
um 836/859 Seite 90r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

&spiritalia nequitiae In caelestibus. & in alio
loco. sapientiam loquimur inter perfectos.
sapientiam uero non mundi huius neque
principũ seculi istius quidestruuntur. & iterum
de sapientia disputans ait. quã nullius de
principibus mundi huius cognouit. Si enim
cognouissent nũquã dnm̃ gloriae crucifixissent. In daniheli quoque prophetia
perspicue legitur princeps israheliticici
populi michahel & princeps graeciae. prin
cepsque persarũ. & moses apertius scribit
in deutero nomii cantico. quando diuidebat
altissimus gentes disseminabat filios adam.
constituit terminos nationũ iuxta nume
rũ angelorum dei. siue ut melius habetur
in hebraico iuxta numerũ filiorũ israel.
et facta. e. pars dnī populus eius iacob fu
niculus hereditatis eius israel. Nec mirabi
mur in parte contraria pessimos reges
impio praeuaricatorũ praecedere prin
cipum. cũ optimos reges dauid & salomonẽ
& iosiam & patriarchas ac prophetas in fi
gura dnī saluatoris praecessisse doceamus.